



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

17. De Theodelinda regina, quæ Basilicam c[on]struxit in honorem S. Ioannis Baptistæ ac de voto Longobardorum S. Ioanni facto, quodque omnes S. Baptistæ patrocinium inuoc[an]tes, illi suorumque ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

Paulus diaconus lib. 4. cap. 7. de gestis Longobardorum, De Theodelinda regina, que basilicam construxit in honorem S. Ioannis Baptistæ, ac de voto Longobardorum S. Ioanni facto, quodq; omnes S. Baptistæ patrocinium innocentes illæsi suorumque aduersariorum victores exstiterunt.

CAP. XVII.

Theodelinda regina basilicam beati Ioannis Baptistæ in Modæcia construxit pro se & pro viro suo, & pro filijs et filiabus, & cunctis Longobardis ad Dominum: & illi venerunt inter se vnanimiter maiores natu cum rege suo, vnâ cum Theodelinda regina dicentes: Si sanctus Ioannes pro nobis interpellator sit ad Dominum Deum nostrum Iesum Christum pro nobis, nos omnes vnanimiter pollicemur illi, omni anno in die natiuitatis suæ, hoc est 8. Kalend. Iulij, de nostris facultatibus transmissuros honorificè ad oraculum eius, vt per illius interpellationem habeamus iuuamen Domini nostri Iesu Christi, tã in bello quàm in alijs locis omnibus, quocunq; ituri sumus. Ab illo ergo die in omnibus actibus eorum cœperunt inuocare sanctum Ioannem, vt illis præberet auxilium in virtute Domini nostri Iesu Christi, & illi omnes permancbunt illæsi, victoresq; exstiterunt super cunctos aduersarios suos. Locus autem ille supra Mediolanum duodecim millibus est, quem regina dedicandam curauit, multaq;

que ornamentis auri & argenti mirificè deco-
rauit, præditiſque ditauit, familiaſque & poſ-
ſeſſiones multas eidem loco addixit, in hono-
rem ſancti Ioannis Baptiſtæ. Dicamus affer-
tionem ſcripturæ Theodelindæ reginæ. Of-
fert glorioſiſſima Theodelinda regina, vnà cū
filio ſuo Adalualdo rege, ſancto Ioanni patro-
no ſuo de dono Dei, & de dotibus, chartulam
ſuæ donationis, quam in ſuorū præſentia ſcri-
bere fecit. Si quis quolibet tempore hanc te-
ſtem voluntatis ſuæ corruerit, in iudicij ex-
tremi die cum Iuda traditore dānetur. Ordī-
natio verò eius talis fuit. De rebus ſancti Ioan-
nis nullo modo ſe debet aliquis intromittere,
niſi tantum ſacerdotes, qui ibi deſeruiunt die
ac nocte, tantumq; ſamuli ac ſamulæ, qui ibi
ſubiecti ſunt, communiter debeant viuere.

*Ex vita S. Ioannis Eleemoſynarij, auctore Simeone
Metaphraſte. De confeſſione ſacramentali ipſi S. Io-
anni facta, & miraculo ad ſepulchrum S. Ioanni
ad preces confeſſe mulieris patris, ipſoq; peccato
propter S. Ioannem deleto. Habetur Tom. 1. Suriij.*

CAP. XVIII.

Quædam mulier, orta in oppidulo, quod
quæſerat Patriarcham Ioannem Elec-
moſynarium, poſtquàm reſciuit cum iam eſſe
migraturum ad Dominum, magni & graui
peccati ſibi conſcia, accurrit ad beatum: & ca-
lidis lachrymis profuſis: eius pedes tangens,
petebat illius peccati abſolutionem. Ille autē,
§ 4 Si